Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

offendat. qui est creator omnium re
rum. Nam nos curam habemus ne per
eamus in futuro seculo ubi ignis non exting
uet. Tunc lampadius considerans
preceptum diocleciani. iterum rem gestam
retulit diocleciano. Tunc diocletianus
artem eorum considerans precepit lampadi
o dicens. Amodo si non consenserit
et sacrificauerint deo magno soli. uber
bus scorpionum eos afflige. si autem
consenserint deduc eos ad mansuetu
dinem. Post dies uero quinque iterum
sedit lampadius in eodem loco ante tem
plum solis. et iussit eos sub uoce pre
conia introduci. Et ostendit eis ter
rores et genera tormitorum. Quibus intro
missis. sic eos aggreditur dicens. Au
dite et audite tormenta. et estote ca
ri et amici nobilium principum. et sacri
ficate deo magno soli. non iam loqu
est apud uos sermonibus blandis.
Respondit claudius cum socijs suis cum magna
fiducia. Nos non pauescimus terrores
uestros. nec blandicijs frangimur. sed
magis nos timemus tormenta eterna.
Nam hoc sciat diocletianus imperator
tuus nos christianos ueraces esse. et num
quam discedere a cultura ueri dei no
stri. Tunc iratus lampadius iussit
eos statim expoliari. et scorpionibus
mactari sub uoce preconia dicens.
Precepta principum contemnere nolite.
In eadem autem hora arreptus est lam
padius a demonio. et discerpens se
expirauit sedens pro tribunali suo.
Hoc audiens uxor eius et familia eius
curreret ad philosophos cum mugitu
magno. diuulgaret dioclectiano.
Hoc autem cum audisset diocletianus
imperator iratus est uehementer. et nimio fu

rore plenus dixit. Fiant loculi plum
bei et uiui in eis recludantur. et precipitentur
in fluuium. Tunc uicentius quidam togatus
qui assistebat lampadio fecit quod iusse
rat diocletianus. Et fecit loculos plumbe
os. et uiuos illos omnes in eos inclusit
et precipitari iussit in fluuium. Sanctus
uero cyrillus episcopus hoc audiens dum esset
in carcere affligit se et transiuit ad dominum.
Sancti autem martyres passi sunt pro nomine domini
sub die vi idus Novembris.
In ipsis autem diebus ambulauit di
ocletianus ex inde ad firme. Et post
dies xl duos quidam nicodemus christianus
leuauit loculos cum corporibus. et posuit
in domo sua. Rediens uero diocleia
nus ex firme ingressus est romam. Et
statim iussit inter muistralanis templum
asclepij edificari. et in eo simulacrum
figi ex lapide procomisso. Quod cum
factum esset. precepit omni cura in eodem
templo pergomas eneas cum caracte
ribus infigi. et iussit omnes milicie
uenientes ad simulachrum asclepij
sacrificijs suis ad thurificandum com
pellerent. maxime autem urbane pre
fecture milites. Cumque omnes ut dictum
est ad sacrificia compellerent. quatuor
quidam cornicularij quorum nomina hec
sunt. seuerinus. seuerianus. carpophorus
et uictorinus compellebantur ad sacrifi
candum. sed ipsi reluctabantur. nec consensum
omnino in ipsis prebuerunt. Nunciatum est
diocleciano imperatori. Qui illico ante
ipsum simulachrum ut ictibus plumbata
rum cesi deficeret. Qui cum diu ce
derentur emiserunt spiritum. Quorum corpora
iussit in plateam canibus proici. Que
cum corpora iacuissent diebus v. Tunc
beatus Sebastianus nocte cum melcia de